



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXVII. Markgraf Ludwig gewährt der Stadt Soldin wegen erlittener Kriegsschäden einen Nachlaß an ihren Abgaben, am 4. Dezember 1349.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](#)

dinensi, in honorem omnipotentis dei et sue genitricis Marie sancteque Marie Magdalene et omnium sanctorum fundauit, ipsumque octo talentis denariorum novorum brandenburgensium vel XXIII talentis levium, uno talento brandenburgensi pro tribus levibus computando, sitis in censu mansorum civitatis nostre Lippene, perpetuo dono donauit. Nos Dei operis tam pii cupientes fieri non expertes, ipsam donacionem ob jugem et perhennem animarum predecessorum nostrorum marchionum brandenburgensium felicis recordacionis, nostrum, heredum ac successorum nostrorum memoriam approbantes, approbatam ratificantes, in Christi nomine confirmantes, in seculorum secula valitaram, dedimus et donamus donacione solempni proprietatem plenam ac libertatem omnimodam super VIII talentis predictis, Ipsa VIII talenta predicta capitulo et ecclesie Soldinensi ad usum dicti altaris appropriantes, ita quod nullam exaccionem, nullum servicium reale vel personale, nullum penitus, onus vel jus in dictis VIII talentis brandenburgensis nobis vel successoribus nostris reservamus, Volentes dicta VIII talenta brandenb. denar. adeo libera et exempta permanere, quod in eisdem secularis potestas nil juris vel usus sibi beat vendicare. In cuius etc. testes Swartzburgh, Lochen, Henricus et Hasso de Wedel junior, Hen. de Vchtenhagen, Bomprecht cum ceteris. Datum Konnigesberg, Anno MCCCXLIX, dominica ante Andree.

Aus Dicmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchivs l. 268 und dem v. Hackwitz'schen Copyalbuch.

XXVII. Markgraf Ludwig gewährt der Stadt Soldin wegen erlittener Kriegsschäden einen Nachlaß an ihren Abgaben, am 4. Dezember 1349.

Nouerint etc. quod nos etc. ad releuandam penuriam seu egestatem discretorum virorum consulum ciuitatis Soldin, fidelium nostrorum, qua ipsos disturbii duracione per totam marchiam suborti, grauiter propter conseruacionem perplexos fore nouimus ipsis presentibus et futuris seu ciuitati premisse in quinque marcas argenti Brandenb. pensionis sue annue condescendimus et descendere decreuimus, sic quod eos a premissarum quinque marcarum argenti dacione duobus terminis anni, nobis hactenus debitaram, deinceps perpetuis temporibus solutos habere volumus presentibus, sine nostri, heredum ac successorum nostrorum qualibet omnimodo supportatos. In cuius etc. Testes Hen. de Wedel, Bomprecht, milites, Jo. de Wedel, G. Wulff cum ceteris. Datum in Soldin, Anno M° CCC° XLIX°, feria sexta die Barbare.

Aus dem v. Hackwitz'schen Copyalbuche.